



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 45. Clodoveus convertitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum V. rum quas narrat, testis oculatus scripsit.  
 A. C. 496. Ecclesia S. Severini Memoriam octava  
 Mart. Rom. Jan. colit.

8. Jan.

§. XLV.

*Clodoveus convertitur.*

Sancti Gelasii Papæ Successor fuit Anastasius hujus Nominis Secundus Romanus natus, qui Sacram Sedem tenuit ferme annos duos. Haud diu postquam ordinatus fuisset, scripsit ad Clodoveum Regem Francorum, qui ad Religionem Christianam conversus fuerat, quantam inde Lætitiâ cepisset, profiteretur, & ut perseveraret, hortatur. Franci, Germanorum Natio, jam ab annis ducentis, & quadraginta notissima, inferiores Rheno oras incolebant. Superato fluvio Gallias ingressi, ibi Sedem elegerunt Ductore Pharamundo, anno circiter 420. quem primum hujus Gentis Regem fuisse credunt. Huic anno 428. successit Clodio, & isti anno 448. Meroveus, qui ad depellendum Attilam operam junxit, & usque ad Sequanam pervasit. Filius ejus Childericus anno 458. Parenti successit, & felicibus armis usque ad ripas Ligeris progressus est. Childerico successit anno 481. Clodoveus filius, qui Majorum exemplo prolatis Regni finibus, & devicto Siagrio, qui Imperii Romani reliquias tuebatur, in illis Galliarum Partibus Romano-

*Lib. Pont.*

*ep. 2. to. 4.*

*Conc. pag.*

*1282.*

*Kuin. ann.*

*Franc. ad*

*Greg. Tur.*

*von.*

*Prosp. Chr.*

*Pit. an. 26.*

*Honor.*

*Greg. Tur.*

*II. hist. c. 26.*

manorum Nomen extinxit. Regiones reliquæ Burgundionibus, & Visigothis parebant. Anno 493. Clodoveus uxorem duxit Clotildem, Chilperici Filiam, & Gundebaldi Regis Burgundionum Neptem. Ea erat Christiana, & Catholica, quamvis Rex Patruus, & tota Natio Arianam Hæresin profiteretur. Clodoveus Rex Christianos clementer habebat, parcebat Ecclesiis, & Viros Sanctos honorabat. Præ cæteris vero S. Remigium Episcopum Rhemensem colebat, cui vas ad Ecclesiam suam pertinens, & furto ablatum, restitui iussit.

Sæculum V.  
A. C. 496.  
*ibid. c. 28.*

c. 27.

Ex Conjugio Clodovei, & Clotildis natus est filius, quem mater fonte Baptismi ablui volens, dixit ad Regem Maritum: *Dii, quos adoras, nihil sunt. Nec se ipsos juvare possunt, nec alios, sunt enim lignea, & saxea, & ærea. Illi, quorum gerunt nomina, Homines fuere, & inter Homines scelestissimi. Majori jure adorandus est hujus Universi Creator, qui Solem coruscare iussit, Cælum ornavit stellis, terram animalibus implevit, & manu sua formavit Hominem, cui cæteras Creaturas omnes subjici voluit.* Quamvis hæc Mulieris admonitio Clodovei animum non movisset, tamen Mater omnia ad baptizandum filium suum præparari curavit, & Ecclesiæ parietes pretiosis peristromatis vestiari, ut saltem pompa exterior Regis oculos

Clotildis.

Sæculum V. los ad hanc Cæremoniam raperet. Bapti-  
A.C. 496. zatus est puer, & Ingomer vocatus; sed  
 mors eum abstulit, adhucdum amiculo  
 candido tectum, id est, antequam a Ba-  
 ptismo octava advenisset dies. Filii mor-  
 tem Clodoveus Clotildi amarissime ex-  
 probrans, dicebat: *Si Deorum meorum*  
*Nomini initiatus fuisset, non periisset, sed*  
*in Nomine Dei tui baptizatus vivere non*  
*potuit.* Respondit Regina: *ago Gratias*  
*Deo, quod me habuerit dignam, ut Mater*  
*essem prolis, quam in Regnum suum susce-*  
*pit.* Alterum deinde peperit filium,  
 quem in Baptismo Clodomerum appella-  
 vit; cum is quoque ægrotare cœpisset,  
 dixit Rex: *nihil aliud expectandum. Pro-*  
*tinus morietur, sicut frater ejus, quia in*  
 c. 30. *Nomine Christi tui baptizari iussisti.* Ve-  
 rum ardentissimis Matris precibus dedit  
 Deus, ut puer convalesceret.

Ceterum Regina continuis exhorta-  
 tionibus instabat apud Maritum, ut reje-  
 ctis Idolis verum Deum agnosceret; at  
 persuadere non potuit, donec opportuna  
 occasio Mulieris consilium adjuvit, dum  
 Rex bellum gerens adversus populos, qui  
 Allemanni dicebantur, in ultimum inci-  
 dit periculum. Cum his Clodoveus præ-  
 lium inierat, sed vincebantur Franci, jam-  
 que totus periclitabatur exercitus. Tum  
 Clodoveus sublatis in Cœlum oculis in-  
 ter viriles lacrymas orans dicebat: *Jesu*  
*Cbri-*

*Christe, quem Clotildis mea dicit esse Filium Dei viventis, tuum imploro auxilium! si mihi tribuis Victoriam, credam in te & in Nomine tuo baptizabor. Invocavi Deos meos, sed impotentes experior. Jam te in open compello. Volo tibi servire. Libera me modo ab hostibus meis.* Clodoveo in hunc modum orante, Allemanni terga vertere, & in fugam se dare. Mox ubi Regem suum in acie occisum viderunt, omnes deditionem fecerunt, vitæ gratiam poscentes. Memorabilis victoria Clodovei anno 15. Jesu Christi 496. reportata est.

Sæculum V.  
A.C. 496.

## §. XLVI.

*Clodoveus baptizatur.*

Clodoveus ab hoc Bello revertens, cum in urbem Tullensem divertisset, inde S. Presbyterum accepit, Vedaſtum, seu Vastum nomine, ab aliquot jam annis in solitudine degentem, qui ipsum in via fidem docuit, & ad recipiendum Baptismum, animum jam sponte volentis præparavit. Tum S. Remigius, a Regina secreto accersitus, quod S. Vedaſtus cœperat, perfecit. S. Pater! inquit Rex, quæ dicis mire animum meum afficiunt! interim ingens se offert obstaculum. Populus, qui mihi obedit, Deos suos nunquam deseret. Tamen ad concionem vocabo, & quæ suades, dicam. Ergo Fran-

Greg. c. 31.

vit. S. Ved.  
ap. Boll. 6.  
Febr.